



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

9. De dispensationibus super irregularitatibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

Iust. de Episcoporum audientia: Episcopale iudicium  
ratum sit omnibus: qui se audiri à sacerdotibus elegerint:  
eamque illorum iudicationi adhibendam esse reuerentiam  
iubemus, quam vestris deferriri necesse est potestatibus, à qui-  
bus non licet provocare.

## C A P. IX.

De dispensationibus super irregulari-  
tatis.

**S**olus Papa potest dispensare in irregularitatibus: 1  
quia irregularitates iure vniuersali canonico cō-  
stitutæ sunt, in quo nemo inferior Summo Pontifi-  
ce dispensat.

Rarò tamen solet in bigamia, nec in homicidio 2  
illicito, nisi occultum, quod si tunc non ad Papam  
venire possit, tunc Episcopus, nec in deformitate  
scandalosa.

NB. Si maculosa deformitas post Ordines, potest  
celebrare, donec ipsi prohibeatur ab Episcopo, nisi  
scandalosum.

Ad arbitrium Episcopi pertinet indicare de- 3  
formitate.

NB. Episcopi ex commissione ipso iure facta, 4  
possunt iuxta Trident. dispensare super irregularita-  
te proueniente ex eius delicto occulto & non fa-  
moso.

Excipe homicidium voluntarium ex aliis delictis 5  
deductis in forum contentiosum. 340.

Illegitimorum irregularitas tollitur per ingres- 6  
sum Religionis, c. i. de filiis presbyterorum. Illegiti-  
me nati ad sacros ordines non promoueantur, nisi  
aut monachi fiant, vel in congregazione canonica

regulariter viuentes: prælationem verò nullatenus  
habeant.

- 7 Prælati Ordinum Mendicantium possunt dispense  
fare cum suis super irregularitate, excepta bigamia  
vera & interpretativa, & homicidio voluntario  
tum si occultum & iustum possunt dispensare à Ma-  
tino V. etiā in bigamia similitudinaria possunt. 341

## LIBRI SECUNDI TRACTATVS I.

De Theologica Fide, & oppositis  
vitiis.

### C A P . I.

*Quid Fides?*

1 **S**ignificat promissionem fidelitatis. 2. Exi-  
mationem de alterius constantia in promissione.  
3. Conscientia, quæ dictat in promissis fidei  
seu iudicium. 4. Sigillatum intellectus, quo  
præbemus quipiam afferenti propter autho-  
rem eius 5. Ipsum obiectum, quod certa fide  
d. mus.

2 Penultima nobis seruit, & est fides, assensus firmi-  
quem animus præbet alicuius dicto, ob auctoritatem  
centis 346.

3 Fides una est humana, altera diuina. Divina de-  
bet tam ex parte principii, quam obiecti esse super  
naturalis. Hinc si credam reuelatis à Deo propter  
humana motiva, non est diuina sed humana, quia  
cet obiectum sit diuinum, tamen non principium.

Dicitur

Disti-  
sensum  
tem ser-  
fert à sc-  
ortus ex-  
rum, v.  
bonum.  
intuetu-  
um cre-  
authori-  
Sola  
quippe  
Fides  
naturali-  
miter &  
ita reue-  
fidei. 34  
NB.  
bet. Cre-  
fidei, C.  
in Deur-  
atus ita  
Spem E

NB. II

Deus tr-

liquid

Mat-

quid c